

Enoch Svantenius

Geminatis Eusebiae Atratae Querimoniis, cum emigrassete vita Vir ... Dn. Michael Siricius Theol. D. & Prof. Publ. ...

Rostochii: Weplingius, 1685


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774759356>


Druck Freier  Zugang



Redeker, Chr.,
in
M. Siricius,
ed. I. 1685,
ed. II. 1686.
Rostock.

7.





GEMINATIS. EUSEBIÆ ATRATÆ QVERIMONIIS,
cum emigrâisset à vitâ

VIR Maxime Reverendus & Excellentissimus

DN. MICHAEL SIRICIUS

Theol. D. & Prof. Publ. famigeratissimus, Con-
sistorii Serenif. DUCUM Assessor gravissimus, Superin-
tendens Diœceseos Rostochiensis amplissimus,
dolentiùs afficiebatur


ENOCHUS SVANTENIUS P. P.

FCtatis Philos. hodie Decanus.



ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, Acad. Typogr. 1685.



ARENIANUS vix solo reper cōnis
Adhuc rigandus imbre lacrimabili,
Cum tu, jubar sacratoris muneris
Quem jusserat praelustrignitescere,
SERENIORI gratius DUCI caput,
Provinciaeque totius clarissimum
Lumen, SIRICI, congementibus
ruis

Decedis, inferende conditorio.

Vah! quæ fatigat læva tempestas tuos

O Eusebeja luctuosa limites,
Apicemque concutit tuum gravissime,
Ut undique nutet is percussibus,
Suumque robur atteri sensim crepet:
Quam vellet hos exemptiles sibi dies,
Queis vulnus orbitaris usque teinditur,
Novisque semper integrascit ictibus.
Tremebunda condolent Sionis culmina,
Tot concidisse destinat cultus sacri,

Silere

Silere tot diviniorem dogmatum
Professione candidâ laudabiles,
Gravissimos facundiâ sacrâ viros:
Stupent suas nigrore ferali vices,
Jactura dum non (proh dolor!) simplex premit,
Sed pullulante clade clades auctior
Minatur œcumenicum dispendium.
Avertat unicus salutis arbiter
DEUS, potente cuncta nutu temperans!
Ne flebilis defectio tot luminum
Inducat orbi christiano noxiæ
Spississimum caliginis crepusculum,
Fulcrisque firmioribus ruentibus
Subsidat universa fermê machina,
Et militantis panicus pavor gregis
Maturet incitetqve turpiter fugam!
Ne destitutus iste promachis suis
Caliget involutus inscientiæ
Periculis, erraticas inter faces
Ac semicœcos palpitantium choros:
Christique rora sordidata civitas
Tot occidisse dulciora lumina,
Tot veritatis orthodoxæ vindices
Ejusqve strenuissimos triarios,
Æternitatis candidatos fulgidos
Gravi suo perisse noceat malo.

Tu

Tu, *sancte Vir*, desiderabili satur
Cœlestis aulae jugiter dulcedine,
Fastidiosa lucrifecisti mala,
Orchestra vani seculi quævis fluctuat:
Post horridi molestias plures soli,
Apricitate blandioris ætheris
Et sempiternis perfruens quieribus,
Non turbidos in posterum sentis dies,
 Qui partus est laboribus tuis, honos,
Insigniumque grande factorum decus,
Merentur inculpi perennibus cedris,
Ærive, porphyreticove marmoris;
Sed gloriosius sibi septerium
In posterorum mentibus doctis struent,
Encomiorum victimas gratissimè
Litantium SIRICIANO nomini,
 Vos! jam beati quos amor tangit VIRI,
Curisque lancinat severioribus,
Vos abstinere lesibus, justis quidem,
Sed temperandis hac bonâ fiduciâ,
Superare vestrum sede supremâ caput,
Interque cœlites ovare perpetim.
Mentem labantem fulciet summus pater,
Et mortui parentis implebit vicem,
Ad supplicantium benignior preces
Se rebus exorabilem vestris dabit.





natura & pietas ipsis injece
subsecuturis annis bene vivere
dolis filius. Noverant enim O
minem nasci solida ac salutaris
no expertem, ut in ejusdem an
lutin rasa quadam tabula, insti
optimarum artium & scientiaru
gines, & morum documenta i
Urta mox ab ipsó partu inform
mollis adhuc est, circumlam
membra effingit, omnem alias
si indurescere sineret. Erant i
ATI NOSTRI maximè sollici
tum bonæ submitterent inform
Proletarios cultores, aut rigido
gistros insignes tenerrimam m
scientiis Republicæ, Ecclesiæ, &
imbuentes adsciscerent. Curæ
sponderunt fertilissima virtutum
la nimirum Lubecensis, & Pæ
tunc temporis apud Sedinens
Nactus igitur BEATVS NO
studiorum suorum moderator
um disciplinarum capacem, mag
lubiô, studiis mancipavit hum
rum cum tyrocinia fideliter im

ratione
obz In
ntes ho
is omni
le, ve
Strina
gat ima
ducatio,
m, dum
rficit &
operam,
ntes BE.
cens na
que non
sed ma
ribus ac
ofuturis
udini re
ia, Scho
, quod
ustre.
bonos
n omni
imi pro
Qvo
& solida
eorum

